



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 19. Horum furor contra reliquias Sancti Martini Turonensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. quidem in Bituricensi civitate ne
 A C 1562. verentia a concremandis Beatæ Jo-
 næ, quæ prima Ludovici XII. uni-
 erat, reliquiis eos cohíebat: in Au-
 relianensi autem urbe, cui Condæus
 Princeps præerat, Sanctæ Crucis Ec-
 clesiæ in equorum stabulum commu-
 tabant: imo nequidem Cleriaci, quam
 urbem Ludovicus XI. condiderat, hujus
 Regis cineribus, multo minus vero
 Longevillarum Ducum ossibus ibidem
 depositis parcebant, sed subiecto igne,
 continuatoque incendio cuncta in cine-
 res redigebant. Præterea Engolisme
 postremum hujus ditionis Comitem
 Joannem, qui Francisci I. Regis Avus
 & Caroli IX. Tritavus erat, indignum
 in modum habebant, ejusque corpus
 quod centum abhinc annis a corruptio-
 ne immune servabatur, omnium lu-
 dibrio exponebant, ac plumbeam illius
 sepulcralem tumbam liquefieri, & po-
 tius insultandi libidine, quam necessi-
 tate adacti ex ea plumbeas glandes
 confici jubebant: Denique Vindocini
 Principum ex Borbonica stirpe ortorum
 cadavera comburere non abhorrebant.

§. XIX.

*Calvinistarum rabies contra S. Mar-
 tini Turonensis reliquias.*

Verum



Verum neminem latet, quod Calvi- Sæcul. XVI.
nistæ Turonii nequidem Sanctis A. C. 1562.

Magni Martini reliquiis pepercerint, Vie de S.
quem tamen omnes tam Orientis, quam Martin. par
Occidentis populi tanquam Franciæ l' Abbe Ger-
Thaumaturgum venerabantur, illique vais e. l. 4.
gratam exhibebant memoriam, eo quod p. 337. 344.
idololatriam ex hoc Regno penitus ex- ēg 350.
tirpassebant. Porro Historicus ille, qui de Baillet vies
novissime hujus Sancti vitam descripsit, tom. 3. II.
rat, recenset supplicem libellum, quem Novembr.
Turonensis Ecclesiæ capitulum jam An-
no Christi millesimo quingentesimo sexa-
gesimo primo Regiis Ministris porrige-
bat, ac cuncta loca sacra ab Hæreticis
occupata Catholicis restitui petebat:
cum autem idem Capitulum expedire
censeret, ut ab omnibus sibi subjectis
juxta decreta, quæ tam in Tridentino
Concilio, quam in Theologica facultate
Parisiensi nuper facta erant, professio
fidei Catholicæ exigeretur, mox Cal-
vinistæ sua rursus Iatrocinia exercere
cæperant, ac præprimis quamdam Pa-
rochialem Ecclesiam huic Capitulo an-
nexam deprædati sunt, postea vero
continuato furore ceteros Turonensis
civitatis Ecclesias, imo etiam sacratas
Divi Martini ædes inhumana sævitia
spolarunt, atque ad ejusmodi sacrile-
gia a suo ductore Principe Condæo di-
ferto mandato stimulati hujus Ecclesiæ

Ss 5 thesau-



Sæcul. XVI. thesaurum diripuerunt, sub emento
A.C. 1562. prætextu, quod illum conservare vel-
 ent: porro tanta ibidem vasorum ex
 auro, argentoque conflatorum, necnon
 gemmarum copia reperiebatur, ut in
 conscribendo omnium horum bonorum
 indice solidos tres dies insumere, ne-
 cesse fuerit: quamvis vero eorum pre-
 tum plusquam decies centena millia
 superaret, nequidem numerata ferme
 immensa Sacrarum vestium ex tela au-
 rea, & argentea texili pictura ornata-
 rum suppellectili, quæ igne consumpta
 erat, hæc tamen jactura toleranda
 fuisse viisa, nisi per nefandam proulus
 nequitiam ipsum etiam Sancti Martini
 corpus sacrilegis manibus in ignem
 conjecissent, ita, ut ex sacris hilice re-
 liquiis nonnisi minima pars nimirum os
 unius brachii, necnon cranii particula
 hæreticorum furori eripi potuerit, quæ
 demum reliquiæ postea anno sequenti
 parvæ cuidam thecæ lignæ unacum
 quibusdam exiguis ossibus ex Sancti
 Bricii, & Divi Gregorii Turonensis ca-
 pitibus includebantur, atque Anno Do-
 mini millesimo quingentesimo sexage-
 simo quarto die quinta Julii retro secus ad
 Altare majus reponebantur: ceterum
 inhumana hac in mortuos sævitia non-
 dum satiata erat Calvinistarum rabies;
 quippe etiam vivi extremæ eorum vin-
 dictæ,

119.19.13



Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

dictæ, ac crudelitatis victima cadere cogebantur, atque hodie dum in pluribus Franciæ urbibus plures cernuntur turrets, ex quibus Calvinistæ Catholicos, scilicet Sacerdotes, & Monachos præcipites egerunt, nec pauci etiam monstrantur fontes, atque profundissimæ voraginiæ, in quas cum furcis, ac vestibus, quibus alias homines dejectorum murorum ruinas penetrare coguntur, promiscue Catholicos projecerunt.

§. XX.

Motha-Gondrinus Valentiae occisus.

Toto hujus anni tempore Calvinistæ ^{Titan. l. 31. num. 3.} horrendas crudelitates Valentiae exercebant: equidem Guisius Dux, qui Delphinatum gubernabat, tanquam Regium Legatum huic urbi dederat Motham Gondrinum, qui in variis occasionibus Montbrunium profligavit, tandemque illum urbe expulit: verum Protestantes cum a strenuo hoc Belliduce in suo officio contineri indignarentur, ejus vitæ insidias struebant, ac die vigesima quinta Aprilis Valentiae urbis, in qua Godrinius morabatur, portam occupantes, per eandem Franciscum Bellomontium, sub Adretii Baronis nomine magis cognitum, cum tot copiis introducunt, ut Gondrinus ad suas ædes sese recipere cogeretur; ast Calvinistæ

